



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

23. Guilielmus Altißidiorensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

non esse liberam, nec culpam auferit. Reuera autem si totum quod mouet animas nostras extra nos esset, & non haberemus principium motuum & operum nostrorum intra nos, vel in nobis, totum attribuendum videretur extrinseco motori vel motoribus si plures essent. Et in consequentibus adhuc uberius docet, hoc tantum sufficere quod volitio sit in nostra potestate, & non ex solo motore extrinseco. Et in precedentibus se declarasse

A dicit quod tanta sit libertas voluntatis, ut nec cogi possit ad operationem suam propriam quod est velle vel nolle, neque prohiberi ab ea. Imo necesse est, ut si velit operari operationem suam, quod operetur eam, quicquid ipsam ad hoc moueat vel impellat. Nihil addo, quia perspicuitate qua sensum suum explicuit, nihil penè addi potest.

Vide pulchre f. 85. p. 2.

CAPVT XXIII

Guilielmus Altissiodorensis.

A DIVINGAMVS Guilielmo Parisiensi conterraneo & coetaneo Guilielmo Altissiodorensi. Hic in quaestione qua quaerit, quid sit libertas arbitrii, sic loquitur: Est autem triplex notanda libertas in libero arbitrio. Generalis scilicet libertas necessitatis sive a necessitate, a peccato, a miseria. Libertas a necessitate duplex est, scilicet a necessitate inevitabilitatis, & hoc libertas non est in dialolo, quia inevitabiliter peccat. Et a necessitate

A coactionis extrinsecae. & haec est in omni habente liberum arbitrium. Et explicata libertate à peccato & à miseria subiicit: Patet ergo quid sit libertas arbitrii. Significans omnino nullum aliud libertatis genus se agnoscere, unde liberum arbitrium appellatum sit. Deinde paulo post in eadem illa quaestione: Dicimus quod haec facultas sive habitus potentia libertas praedicta est, quia est sine coactione in omni habente liberum arbitrium.

CAPVT XXIV.

Sanctus Thomas.

N E C vero sanctus Thomas ab illa communissima antiquorum sententia alienus est, sed eam diversis locis clarissimis verbis multisque modis expressit. Nam in primis docuit

A aliquo modo inducit ad sequentia vel defectum virtutis naturalis, quae non potest se à macula peccati eripere, cui se semel subdidit: & ideo semper in homine remanet libertas à coactione, per quam naturaliter est liberum arbitrium. Et ubi quaeritur sextà de malo, ubi probare nititur esse in homine liberum arbitrium, cum obijceret sibi ex Augustino quod homo perdidisset liberum arbitrium, respondet: Homo peccans liberum arbitrium perdidit quantum ad libertatem quae est à culpa & à miseria: non autem quantum ad libertatem quae est à coactione. Et in prima parte summæ ad idem argumentum ex Augustino petitum: Dicendum, inquit, quod homo peccando liberum arbitrium perdidit non quantum ad libertatem naturalem quae est à coactione, sed quantum ad libertatem quae est à culpa & à miseria.

Primo, arbitrium hominis dictum esse liberum, quia non cogitur. Hinc in secundo Sententiarum ita scribit: Dicendum quod liberum arbitrium dicitur ex eo quod cogi non potest. Quam sententiam in eadem distinctione copius repetit. Et in quaestionibus disputatis: Liberum arbitrium secundum quod dicitur liberum à coactione non suscipit manus & minus.

Secundo necessitatem simplicem voluntatis non repugnare libertati: Naturalis necessitas secundum quod voluntas aliquid ex necessitate velle dicitur, ut felicitatem, libertati voluntatis non repugnat, ut Augustinus docet in primo de Civitate Dei. Libertas enim voluntatis, violentia vel coactione opponitur. Non est autem violentia vel coactio in hoc quod aliquid secundum ordinem suae naturae movetur, sed magis in hoc quod naturalis motus impeditur: sicut cum impeditur grave ne descendat ad medium. Unde voluntas libere appetit felicitatem, licet necessario appetat illam. Sic autem & Deus sua voluntate libere amat se ipsum, licet de necessitate amet se ipsum.

Tertio tradit hanc esse sententiam Augustini: Ad tertium dicendum quod libertas secundum Augustinum opponitur necessitati coactionis, non autem naturae inclinationis.

Quarto saepe docet arbitrium liberum idcirco non esse amissum per peccatum, quia remansit liberum à coactione, quamvis sit peccati servum: Servitus peccati non dicit coactionem, sed vel inclinationem, in quantum peccatum praecedens

B Quam docet Magistrum sententiarum & sanctum Bernardum, quando necessitatem remouent à libero arbitrio, de necessitate coactionis loqui, sicut hoc de Magistro manifestum est ex multis locis Commentarij in distinctionem vigesimam-quintam secundi Sententiarum, praesertim articulo quarto & quinto: de Bernardo vero quaestione vigesima-quarta inter disputatas de veritate. Nam cum obijceret verba Bernardi: Dicendum, inquit, quod Bernardus loquitur de libero arbitrio quantum ad necessitatem à coactione, quae nec intentionem nec remissionem recipit. De quo etiam videre licet articulum decimum ad decimum-quintum.

Sexto, opus esse laude vel vituperio dignum, meritum vel demeritorium ex hoc quod est voluntarium, spontaneum non coactum, tametsi sit determinatum ad unum.

In summa
lib. 2.
dist. 11. q. 3.
In 2. dist. 11.
lib. 2.
dist. 11. q. 3.
In 2. dist. 11.
lib. 2.
dist. 11. q. 3.
In 2. dist. 11.
lib. 2.
dist. 11. q. 3.
In 2. dist. 11.
lib. 2.
dist. 11. q. 3.

Ad 23.
1. p. q. 83.
2. ad 3.
q. 24. a. 8.
2a 5.

